

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma In funere Magnifici Universitatis Rostochiensis Rectoris ... Dn. M.
Stephani Hein, Ebr. Linguae Professoris celeberrimi, Senioris Philosophicae
Facultatis venerandi**

Rostochi[i]: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770975151>

Druck Freier  Zugang



In S. Hein./a

Rost. 1643.

22.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770975151/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770975151/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770975151/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770975151/phys_0004)

DFG

3.

PROGRAMMA
In funere
Magnifici Universitatis Rostochiensis
RECTORIS.
VIRI CLARISSIMI EXCELLENTISSIMI
**DN. M. STEPHANI
HEIN,**

Ebr. Linguæ Professoris celeberrimi,
Senioris Philosophicæ Facultatis
venerandi
Propositorum



ROSTOCHI

Type NICHOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLIII.

173

SE NATUS UNI-
VERSITATIS ROSTO-
CHIENSIS.



Ucentos viginti quatuor hodie numeramus annos, quando Universitas hæc in hac Civitate Rostochiè fundata est. Ab eo tempore ad hunc ipsum diem, inter *quadrinientos Rectores* sibi per ordinem singulis semestribus succeden-tes, ab ipsò foundationis die, quinque ex Archivio Academiæ videre licet, intra illud ipsum tempus, quō Universitatis Rectores præfuerunt, ex mortali-tatis carcere ad sempiternam felicitatem commi-grasse. *Primus* inter hos fuit, DN. ALBERTUS MOLLERUS Theologiæ Doctor, qui centum & tredecim jam annis elapsis, Anno nempe 1530. ipso die Gregorij rebus caducis valedixit. *Secundus* fuit, qui ipsum quinquaginta decurrentibus annis, Anno nimirum 1580. infecutus est DN. LAURENTIUS KIRCHOVIUS J.U.D. & Professor. *Tertius* fuit qui etiam quinquaginta elabentibus annis hunc comitatus est, anno videlicet 1621. DN. EILHARDUS LUBINUS, Theolog. Doctor & Professor. *Quartus* fuit (sed hic jam ma-gnum

gnum mortis saltum conspicimus) qui hunc Virum
Eruditissimum, post undecim annos secutus est
DN. THOMAS LINDEMANNUS J.U.D.
& Professor, Comes palatinus Cæfareus, Reveren-
dissimi Archiepiscopi Bremensis, Illustrissimi Ducis
Megapolitani ADOLPHI FRIDEEICI &c: &c:
Domini nostri clementissimi, Illustrissimæ viduæ
Croviacæ, & aliorum Principum Consiliarius pru-
dentissimus. *Quintus* jam proh dolor! etiam un-
decim annis decurrentibus Anno hoc nimirum 1643.
Mense Junio die 2. sequitur. DN. M. STEPHANUS HEIN,
Ebr. Ling. Professor, Senior Fa-
cult. Philosoph. venerandus, Vir Doctissimus, nul-
li priorum pietatis, candoris, aliarumq; Virtutum
laude inferior. Quem jam ante oculos jacentem
in feretro, & de Magnifico dejectum fastigio in fe-
ralem potestatem indomitæ mortis, ferio lugemus.
Scilicet ad hunc scopulum allisa feruntur humana
quæq;. In hanc solitudinem & tenebras conjici-
endum, quidquid in mortalium oculis splendidum
est & insigniter enitescit. Casum hunc justissimis
querelis prosequimur, tantoq; acerbius ad animum
admittimus quanto experimur funera magna in hac
Universitate densari. Brevi tempore summus ille
mundi arbiter Cœlum Academicum aliquot Illu-
stribus & secundæ in Orbe literato magnitudinis
stellis, cheu orbavit; quarum discessus lugubris, tan-
quam præfigium ingentis mali venturi accipiendus
est. Cū enim peregrinæ Ciconiæ ad alias terras à no-
bis avolant, expectanda est tristis, & invidiosa hy-
ems. Sic cum hujusmodi Reipub. liter. ornamenta

A 2

è catu

• cætu viventium emigrant, quid alind portendi
judicabitur, quam clades & pernicies Academiæ cu-
jus tamen imminentem impetum, ut ab illâ velut no-
bilissimo Eruditionis Palladio, Virtutis Emporiō;
atq; omnium nostrum cervicibus, benignissimus
DEUS clementer avertat, supplicibus votis obse-
cramus, & quod pro suâ infinitâ misericordiâ id fa-
cturus sit, firmiter speramus.

Denatus hic noster MAGNIFICUS RE-
CTOR, nunc cadaver, communis ac mortalis lu-
cis auspicium sumsit Anno 1590. Circa festum
Johannis Baptistæ, præcipuis ac præclarissimis pa-
rentibus. Patre nimirum FRIDERICO HEI-
NEN. JCTO Consule & Syndico hujus Civitatis,
Academiæ nostræ Professore per plures annos me-
ritissimo, Viro immortalitati consecrato. Matre
ANNA DOBBINS, fœminâ pietate ac virtutib
summis conspicuâ. Avô paternô JACO-
BO HEIN, Consule Neo-Brandenburgi. Aviâ
paternâ ELISABETHA BARNEFURS.
Avo Materno ALBERTO DOBBIN, Se-
natore Rostochiens. Aviâ Maternâ MARGA-
RETA WEDJGÆ. Hæc fuit sors, hæc series
progenitorum denati nostri MAGNIFICI, de
quorum Virtutibus maximis, ac nobilitate generis
fane gloriari & se magnificè potuit efferre. Sed ma-
luit splendorem generis, propriis virtutibus illustri-
orem reddere, quam soli parentum claritudini ac-
quiescere. Quamobrem paulò adultior factus, abiit
in celeberrimum tum temporis studiorum & bona-

RUM

rum artium mercatum Academiam Gieffensem
Anno 1613. & ibi magni nominis Theologos DN.
D. M E N T Z E R U M & D. W I N C K E L.
MANNUM docentes publicè & privatim audi-
vit. Per biennium certis de causis, ad patrum so-
lum revocatus, denudò Anno 1617. ipsò Jubilæi Lu-
theriani Anno Gießam prædictam reversus, per bi-
ennium ibi substitit, & magnâ DN. D. J U S T I
F E W R B O R N II Ecclesiastæ piissimi, Theologi
summi familiaritate, mensâ, hospitio usus, velut
præclarum eruditio[n]is sydus inter doctos effulsit.
Quod ostendit EXAMEN CONFESIONIS
ORTHODOXÆ, (ut habet inscriptio de persona
& officio CHRISTI) contra JOHANNEM
COMBACHIUM, tum temporis Academiæ
Marburgensis Professorem, nunc verò Gymnasii
Bremensis Rectorem, sub Præsidio DN. D. FEWR-
BORN institutum. Quod ad hanc horam dictus
Combachius silentij horrore suppressit, & an mortuo
Leoni insultaturus sit dies docebit. Cum verò de-
nati MAGNIFICI præstantissima mens debile di-
versorum, morbis obnoxium corpus ad studij
Theologici munera inhabile nocta fuisset, totum sē
studio Hebr. linguae, Præceptore linguarum Ori-
entalium peritissimò, DN. BUXTORFIO, Acad.
Basiliensis Professore devovit. In quo studio infi-
gnes progressus, miris laudibus deprædicat Clarissi-
mus DN. BUXTORFIUS, in literis ad DN.
D. JOHANNEM TARNOVIUM exara-
tis. Quæ cum ad aures & notitiam Illustrissimi ac

A 3

Reye-

Reverendissimi PRINCIPIS nostri &c: deve-
nissent, obtulit ei ipsius Celsitudo, honorificam in
hac Universitate, Ebr. ling. spartam. quam quousq;
firmiori valetudine usus fuit, summâ diligentia ex-
ornavit: cum verò per imbecillitatem virium & con-
tinuam ferè infirmitatem ultimis annis publicè le-
gere non posset, domi privatim linguarum. Orient-
tal. Studiosos invitavit, eisq; promptissimam suam
operam obtulit, & non unum pro fideli ac eruditâ
institutione ad immensas gratias obstrinxit. Ex-
hilaravit ipsum rerum humanarum Rector Anno
1622. compare simili **M A R G A R E T A**
D N. CONRADI FORSTENOVII, Sena-
toris quondam gravissimi ex vetustâ **FORSTE-**
NOVIORUM familiâ Hervordiæ in Westpha-
liâ adhuc florente, filiâ; quæ tum corporis decorâ
specie, tum excellentibus animi dotibus, tum fide-
ac amore conjugali nulli lectissimarum fœminarum
cedens, viginti & unum annum, dies totidem cum
ipso summâ vitæ suavitate, arctissimô amoris vin-
culô transegit, fructumq; saltim unicum ex eo, An-
no 1627. suscepit **ANNAM** nomine, fœminei sexus
certissimum decus; nisi sæva parcarū rapacitas pro-
però iettu infantulam sex septimanarū sustulisset; à
eujus corde & anima quod nunc abrepta est dimidia
portio, id quām illi vitam faciat acerbum facile ar-
bitrari quilibet potest. Quid jam de vitâ denati
MAGNIFICI? talis, verbô, fuit, ut in ejus peccatus
Honestas, pietas, tanquam in delubrum ac sacrarium
commigrasse, in animo ejus candor, omnium Col-
legarum

legarum sincerus amor, modestia, & aliæ complures Virtutes domicilium posuisse viderentur. Cui quamvis onus & honos Rectoris sæpius offerri, statutis hujus Universitatis antiquissimis, debuerit; tamen tum ob corporis imbecillitatem, tum ob eximiā modestiam humiliiter se excusavit, sedulòq; ut aliis imponeretur, rogavit; donec tandem 14. Aprilis die electioni novi Rectoris ab antecessoribus destinatō, Reverendo Concilio se propter DEU M submiserit, fascesq; Academiæ, cum lachrymis, insignis obedientiæ candidatus suscepit; quis scit, si non eō fine, ut nempè ille, cui per immortale DEI decretum moriendum fuit, morte ipsā sepulchroq; Magnifico, cum majori honore ad posteros transmitteretur. Hoc sibi ipse toties prædictit, dum divino quasi æstrō percitus, pluribus vici bus, immō ante ipsum extremum vitæ halitum, MAGNIFICE SEPELIENDUM SE ESSE affirmavit. Nos jam prædictionis hujus eventum proh dolor experimur. Denatum enim MAGNIFICUM variis morbis per vitam suam confictatum asthma tandem scorbuticum repente, quasi ad somnum compositum, placide ut fieri solet, inter alloquium astantium 2. Junij, circa horam tertiam, præclusō Spiritu extinxit; nobis autem, exinde, mœstissimæ viduae, & omnibus amicis luctus ac desiderium remansit; quanquam ipse æternæ beatitatis particeps factus est in cælo, & solutā parte imbecilliore sui, de omnibus morbis, de anxietate, de fortunā ipsā triumphans, in suavissimo æternitatis sinu conquiescit.

Nihil

Nihil jam restat nisi ut corporis ejus exuviae in
dormitorium reponantur. Fiet id hodie circa pri-
mam in templo Jacobæo. Quid jam vestri sit mu-
neris Cives Academæ ipsi optime nostis. Ita ex-
equias splendidissimâ solemnitate denato M A-
GNIFICO, elatumq; funus honorificâ præsen-
tiâ comitemini. Debetis hanc supremam humani-
tatem Capiti vestro. Debetis Collegæ, fautori, præ-
ceptorî, Facult. Phil. Seniori. Debetis amplissimæ
prosapiæ HEINI ANÆ vulnere hoc gravissimè
lancinatæ. Debetis tristissimæ ac piissimæ viduæ.
Imperat hoc yobis æquitas, & communis, tandem
aliquandò vitæ humanæ resignandi necesitas. Nos
vero prò pietate debitâ id ipsum lubentes vos fa-
cturos minimè dubitamus, & ut faciatis officio-
se ac amantissimè invitamus. P. P. Sub
sigillo Academæ 7. Junij
Anno 1643.

*Conventus fiet in templo Jacobæo ad
horam primam.*





[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770975151/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770975151/phys_0016)

DFG

rum artium mercatum Academiam C
Anno 1613. & ibi magni nominis Theo-
D. M F N T Z E R U M & D. W I N-
M A N N U M docentes publicè & pri-
vit. Per biennum certis de catulis, ad
lum revocatus, denùò Anno 1617. ipsò
therianò Anno Gieslam prædictam re-
ennium ibi substitit, & magnâ D N. I.
F E W R B O R N I I Ecclesiastæ piissimi
summi familiaritate, mensâ, hospitio u
præclarum eruditioñis sydus inter doct
Quod ostendit EXAMEN CONF
ORTHODOXÆ, (ut habet inscriptio
& officio CHRISTI) contra J O H
C O M B A C H I U M , tum temporis
Marburgensis Professorem, nunc vero
Bremensis Rectorem, sub Præsidio DN.
BORN institutum. Quod ad hanc h
Combachius silentij horrore suppressit, &
Leoni insultaturus sit dies docebit. Co
nati MAGNIFICI præstantissima me
versorum, morbis obnoxium corpū
Theologici munera inhabile nacta fuis
studio Hebr. linguae, Præceptore lingui
talium peritissimò, DN. B U X T O R
Basilensis Professore devovit. In quo
gnes progressus, miris laudibus depræ
mus DN. B U X T O R F I U S , in lit
D. JOHANNEM TARNOVI
tis. Quæ cum ad aures & notitiam ill
A 3

